# 4. Bibliographie der Schriften

# Breuis & luculenta INSTITUTIO Rudioribus, Qui omnem Christianismi culturam in sacrosancto DEI verbo fundare enixe cupiunt, Rationem tradens Sacram ...

## Francke, August Hermann

## S.l., 1709

6.

**Nutzungsbedingungen**
Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.
Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.
Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

**Terms of use**
All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downladed and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.
Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.
For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

noſtra ad ſalutaris doctrinæ exemplar formetur.

6.

Quemadmodum autem Sacræ Scripturæ lectio inchoanda precibus eſt, iisque continuanda: ita precibus eam finire etiam debemus.

Finita itaque lectione, hac vel ſimili ratione Deus compellari poterit:

O fidelis, qui in cœlis es, Pater! laus, gloria, honor ac gratiæ ſint tibi ſubmiſſo animo oblatæ pro ingenti hoc beneficio, quod verbi tui diuini dulcisſimo manna animam meam refeciſti, corroboraſti, refocillaſti. Inſcribe nunc omnia, quæcunque legi, diuino digito Spiritus tui ſanctisſimi in cor meum, eodemque obſigna illa: ne Satanas ex animo meo ea rurſus auferat, ſed vt in bono ac puro corde ea conſeruem, iisque in futura vita coram facie tua læter. Amen!

Proderit etiam maximopere lectione finita, ea, quæ lecta ſunt, dum in memoria

moria recenti hærent, precibus comprehensa quasi Deo reddi.

7.

Nec Deus, qui fidelis est, eiusmodi deuotum Sacræ Scripturæ lectorem expertem relinquet internæ externæque crucis variarumque calamitatum ac tentationum, vtpote quæ pretiosissimum amoris ipsius pignus sunt, quo vnigenito ipsius filio in hac vita conformes reddimur.

Atque hæc quidem dulcissima crux validissimum est adiumentum Sacram Scripturam intelligendi, immo potius gustandi ac sentiendi.

Precatio, meditatio, tentatio tres illæ partes sunt, quæ verum efficiunt Theologum.

Simul atque aduersi quid tibi accidit, siue interius, siue exterius, præceptorem adesse memento, examinaturum te, quidnam ex Sacra Scriptura didiceris. Illico igitur quære dictum, quod calamitati tuæ ac desiderio conueniat. Si nullum in-

prom-